

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



Esperare autem sabbati quod lucet
 est in prima sabbati: venit ma-
 ria magdalene et altera ma-
 ria videre sepulchrum. Et ecce
 terremotus factus est magnus.

Angelus enim domini descendit de celo: et ac-
 cedens reuoluit lapidem: et sedebat super
 eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur:
 et vestimentum eius sicut nix. Propter timorem
 autem eius exterriti sunt custodes: et facti
 sunt velut mortui. Respondens autem angelus
 dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio
 enim quod ihesum qui crucifixus est queritis.
 Non est hic: surrexit enim. sicut dixit. Venite
 et videte locum: ubi positus erat dominus.
 Et cito euntes dicite discipulis eius quia sur-
 rexit: et ecce procedet vos in galileam. Ibi enim
 videbitis: ecce predixi vobis. Et exierunt cito
 de monumento cum timore et gaudio magno:
 currētes nunciare discipulis eius. Et ecce ihes-
 us occurrit illis dicens. Auete. Illi autem ac-
 cesserunt et tenuerunt pedes eius: et adorauerunt
 eum. Tunc ait illis ihesus. Nolite timere. Ite
 nunciate fratribus meis ut eant in galileam: ibi me vi-
 debunt. Que cum abissent: ecce quidam de custo-
 dibus venerunt in civitatem et nudaerunt principibus
 sacerdotum omnia que facta fuerant. Et congregati
 cum senioribus consilio accepto. pecuniam copi-
 osum dederunt militibus dicentes. Dicite quod disci-
 puli eius nocte venerunt: et furati sunt eum nobis
 dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a pre-
 sidibus: nos suadebimus ei et securos vos faciemus.
 At illi accepta pecunia fecerunt sicut erat edoc-
 ti. Et divulgatum est verbum istud apud iudeos
 usque in hodiernum diem. Undecim autem discipuli
 abierunt in galileam: in motum ubi constituet illis
 ihesus. Et videntes eum adorauerunt: quidam autem
 dubitauerunt. Et accedens ihesus. locutus est eis
 dicens. Data est mihi omnis potestas in celo et in
 terra. Euntes ergo docete omnes gentes: bap-
 tizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti: do-
 centes eos servare omnia quecumque mandavi vobis.
 Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus.
 usque ad consummationem seculi.

Explicit euangelium secundum Matheum. Incipit
 prologus in euangelium secundum Marcum.



Arce euangeli-
 lista dei electus.
 et pater in
 baptismo fi-
 lii. atque in di-
 uino timone
 discipulus. Sa-
 edocum in isrl' a-
 gens. secun-
 dum carnem leui-
 ta

ad fidem christi datus. euangelium in ytaliam
 scripsit ostendens in eo quod et generi suo debe-
 ret et christo. Nam in initio principii in voce prophetice
 exclamacionis instituit ordinem leuitice elec-
 tionis ostendit: ut predicans predestinatum iohan-
 nem filium zacharie in voce angeli annunciat
 emissum: non solum verbum carne factum sed et corpus
 domini in omnia per verbum diuine veritas aiatum. in mica
 euangelice predicacionis ostendit: ut quod leges
 scribitur cui in carne in domino: et ihesu aduentis
 habitaculum caro deberet agnoscere atque in se
 verbum veritas quod in consonantibus perdidit inuenit
 Denique et perfecti euangelii operum intrans et a
 baptismo domini predicare deum inchoas non la-
 borauit natiuitatez carnis que in prioribus vis-
 derat dicere: sed totum exprimes pollicem debet
 numerum ieiunij temptacionum dyaboli. congre-
 gacionum bestiarum. et misterium protulit angelos
 rum: ut instituens nos ad intelligendum singu-
 lula. in breui compingens. nec auctoritatez
 facte rei demeret. et phisicis operis plenitu-
 dine non negaret. Denique aputasse sibi per
 fidem pollicem dicitur. ut sacerdotio improba habere
 t: sed tamen secretis fidei predestinata potuit ele-
 co: ut nec sic in ope ubi perderet quod per meru-
 erat in genere. Nam alexandrie episcopus fuit.
 Cuius per singula opus fuit scire et eu an-
 gelum in se dicta disponere: et disciplinam
 legis in se agnoscere: et diuinam in carne
 domini intelligere naturam. Que in nos per
 munus requiritur. debet inquisita volumus agnosci
 habentes mercedem exhortacionis: quoniam
 qui plantat et qui rigat vnum sunt: qui autem
 incrementum prestat deus est.

Explicit prologus. Incipit euangelium se-
 cundum Marcum. Capitulum primum